Actuū.viceſimoquintō.ca.
Tēptant deum obſtinati ꝛ peccatores ſicut populus iſrahel multotiēs temptauit deum in deſerto Nume.xiiij Oziam qui ſtatuerat popu/lo terminum reprehendit iudith dicens qui eſtis vos q̄ temptatis dominum deum. Judith.viij.Judeis querētibus ſi licet tributum dare ceſari an non vt iheſum caperent in ſuo ſermone reprehendit iheſus dicēs.vt quid tēptatis hypocrite.oñdite mi/hi nūmiſma cenſus.cogno/uerat enim nequiciam eorū. Mathe.viceſimoſecūdo ca. Cum eieciſſet demoniū ihe/ſus ꝛ locutus ē mutus quidam temptantes eum que/rebant ſignum ab eo de celo Luc.vndecimo.Mathei.xij Dure increpans petrus di/xit ſaphire vxori ananie. q̄d cōuenit vobis temptare ſpiritum ſanctum. Actuum.v.

De tēptatione diaboli

Tēptationi diaboli non eſt credendū

Quia ſagaciter cum violētia ꝛ fraudu/lētia habꝫ of/ferre
Item non eſt credenduꝫ qꝛ mēdaciter habet verba proferre
Item non eſt obſequendū quia tenacitꝛ cum violētia habet inferre.
Sed reſiſtendum eſt pertinaciter ꝛ cum prudētia illa referre

Emptat diabolus ſagaciter ꝛ cuꝫ fraudulentia Nā in ſer/pente callide genus humanū temptans incepit a parte debiliori ſcilicꝫ a muliere. Ge. iij. Item explorando a lōge incepit ꝛ non ex obrupto co/medere pomū ſuaſit.Gene. iij.Item non temptauit mu

lierem de peccatis ad que nl'
lam habebat inclinationem.
ſed de eſu pomi ſuaſit ⁊ de cu
rioſitate ſciendi bonum ⁊ ma
lum . ⁊ de dignitate maiori.
Geñ.iij. Sagaciter ſurrexit
ſathan ꝯtra iſrahel cum inci/
tauit dauid vt populum nu
meraret.ij.Regum.xxiiij. et
j.Paralipo. xxj. Sagaciter
ꝓcurauit mortem chriſti cuꝫ
mitteret in cor iude vt trade
ret eum Johan.xiij. Tēp
tat etiam dyabolus mentiē
do ⁊ vnum ꝓ alio oſtēdendo
Nam negauit primis pēti/
bus penā tranſgreſſionis di/
cens. Nequaꝙ̄ moriemini.
⁊ ꝓmiſit bona ex tranſgreſſi/
one ꝓuenientia dicens. Eri/
tis ſicut dij Geneſ.iij. Sal/
uatori oñdit ipſe dyabolus
omnia regna mundi dicens
Hec omnia dabo tibi ſi ꝓci/
dens adoraueris me. Scrip
ta etiam diuina peruertit di/
cens Angelis ſuis manda/
uit de te Mathei.iiij. ⁊ Luce
iiij. Ob hāc cauſam dixit pe
trus ananie Cur temptauit
vos ſathanas mentiri ſpūi/
ſancto Actuū.v. Tēptat
etiam dyabolus tribulatōes
inferendo. ſicut petijt iob tēp
tare in rebꝰ ſuis . ⁊ poſtea in
ꝑſona ⁊ filijs ſuis Job.j.⁊
ij. Inſtāte paſſione dixit ihe
ſus ſymoni. Sathan expeti/
uit vos vt cribraret ſicut tri/
ticum Luce.xxij Tempta
tiones vincere volēs debet v
ti ſapientia in reſiſtendo ⁊ nō
debet alicui reuelare hoī quē
credit de eodem vel ſimili vel
maiori eſſe temptatum . ſed
alicui viro diſcreto ⁊ ſancto
quem cōfortet eum in bono.
Nam illi duo ſenes tempta
tiones ſibijnuicem reuelan/
tes ad peius prouocati ſunt
Danie.xiij. Chriſtus in ſua
temptatione quando fuit tē/
ptatus de tribus . ſcilicet de
auaria gula ⁊ ſuperbia. ad q̄
poſſent omnes temptacōes
reduci. Ipſe autem non per
potenciam ſed per ſapienciā
⁊ ſcripture verba vicit ⁊ nos
vicere docuit Mathei ⁊ Lu/
ce quarto capi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf